



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

lanvarivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)

Dies  
mensis

## IANVARIVS.

- Kal. 1 **V**Anitas vanitatum, & omnia  
vanitas, præter amare  
Deum, & illi soli seruire, l. 1. c. 1.
- IV. 2 Quis te magis impedit, &  
molestat, quam tua immor-  
tificata affectio cordis? l. 1. c. 3.
- III. 3 Non omni homini reueles  
cor tuum, sed cum sapiente &  
timente Deum, age causam  
tuam, l. 1. c. 8.
- Prid. 4 Bona vita refrigerat mentē,  
& pura conscientia, magnam  
apud DEVM præstat confidenti-  
am, l. 1. c. 2.
- Non. 5 Pro nulla re mundi, & pro  
nullius hominis dilectione, ali-  
quod malum est faciendum, l. 1.  
c. 15.
- VIII 6 Totum vanum existima,  
quidquid consolationis occur-  
rit de aliqua creatura, l. 2. c. 5.
- VII 7 Ista summa est sapientia, per  
contemptum mundi tendere  
ad cœlestia regna, l. 1. c. 1.
- VI 8 Nostra opinio, & noster sen-

sus, sæpe nos fallit, & modicum  
videt. l. I. c. 3.

V 9 Nemo est in mundo sine ali-  
qua tribulatione vel angustia,  
quamvis rex sit vel Papa, l. I. c. 21

IV 10 Stude patiens esse in tolerando  
aliorum defectus, l. I. c. 16.

III 11 Tunc melius interiorem te-  
stem Deum quarimus, quando  
foris vilipendimur ab hominibus,  
& nõ bene nobis creditur. l. I. c. 12.

Prid. 12 Sicut oculus tuus alios con-  
siderat, sic iterum ab alijs nota-  
ris, l. I. c. 25.

Idib. 13 Ignis probat ferrum, & tenta-  
tio hominem iustum l. I. c. 13.

XIX. 14 Gaudebis semper vespere, si  
diẽ expendas fructuosẽ. l. I. c. 25.

XVIII. 15 Sequentes suam sensualita-  
tem, maculant conscientiam,  
& perdunt Dei gratiam. l. I. c. 14.

XVII 16 Bonus & deuotus homo,  
opera sua prius intus disponit,  
quæ foris agere debet, l. I. c. 3.

XVI. 17 Quis est qui melius habet?  
vtriquẽ, qui pro Deo aliquid pa-  
si valet, l. I. c. 22.

- XV 18 Habeas semper oculum super te primum & admoneas te ipsum specialiter præ omnibus tibi dilectis l. 1. c. 21.
- XIV. 19 Erras, erras si aliud quæris, quam pati tribulationes: quia tota ista vita mortalis, plena est miserijs, & circumsignata crucibus, l. 2. c. 12.
- XIII, 20 Non est magnum cum bonis & mansuetis conuersari: hoc omnibus naturaliter placet, & vnusquisq; libenter pacem habet, & secum sentientes magis diligit, l. 2. c. 3.
- XII. 21 Propter leuitatem cordis, & negligentiam defectuum nostrorum, non sentimus animæ nostræ dolores, l. 1. c. 21.
- XI, 22 Non enim paruum munus est, quod à summo Deo donatur, etiam si pœnas & verbera donauerit, gratum esse debet, quia semper pro salute nostra facit, quidquid nobis aduenit, permittit, l. 2. c. 20.
- X 23 Dixit quidam, quoties inte  
A S homi

homines fui, minor homo u-  
dij; hoc sepius experimur, quan-  
do diu confabulamur, l. 1. c. 20.

X 24 Omnes volunt cum Christo  
gaudere, sed pauci volunt cum  
Christo aliquid sustinere, l. 2.  
c. 11.

VIII 25. Si tu esses intus bonus & Pu-  
rus, tunc omnia sine impedi-  
mento videres. & bene caperes,  
l. 2. c. 4.

VII. 26 Non dormit Diabolus, nec  
caro adhuc mortua est, ideo  
non cesses præparare te: ad cer-  
tamen, l. 2. c. 9.

VI. 2 Excedunt spirituales consola-  
tiones omnes mundi delicias,  
& carnis voluptates, l. 2. c. 10.

V. 28 Si est gaudium in mundo,  
hoc utique possidet puri cordis  
homo, l. 2, c. 4.

IV. 29. Nunquam sis ex toto otiosus,  
sed aut legens, aut scribens, aut  
orans, aut meditans, aut aliquid  
utilitatis pro communi labo-  
rans, l. 1. c. 19.

III. 30 Magnam habet cordis trans-  
quilli-

NOVVM, ET ANTIQ. 11

quillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperia. Non es sanctior, si laudaris: nec vilior, si tu vituperaris. Quod es hoc es: nec maior dici vales, quam (Deo teste) sis, l. 2. c. 6.

Prid. 31 Nihil Deo acceptius, nihil tibi salubrius in mundo isto, quam libenter pati pro Christo l. 2. c. 12.

Dies mensis

FEBRVARIVS.

Kal. 1. HÆC est altissima & utilissima lectio sui ipsius vera cognitio & despectio, l. 1. c. 2.

IV. 2 Non magni pendas, quis pro te vel contra te sit: sed hoc age & cura, vt DEVS tecum sit in omni re, quam facis, l. 2. c. 2.

III. 3 Merito deberes libenter modicum pati pro Christo, cum multj grauiora patiantur pro mundo, l. 2. c. 12.

Prid. 4. Scientes libenter volunt videri & sapientes dici, l. 1. c. 2.

Non, 5. Homo internus cito se recolligit; quia nunquam se totum ad